Grodzki Intromissio.

Ministerialis Regni Gnlis Franciscus Staniszewski cum Nobilibus Joanne et Stanislao Brzozowskiemi coram officio Castrensi Capitaneali [illegible] personaliter stantes publice recognoverunt. Quia feria quarta post festum Sanctorum Omnium in Anno Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Octavo condescendendo ad bona Dworaki ibidem Generosum Albertum olim Mathiae Grodzki in certas sortes fundi [illegible] in quatuor locis in quolibet campo per sexo scilicet [illegible] agri incipiendo a capitibus praefati Gnlis Alberti Grodzki ad alia capita tendendo inter metas eiusdem Grodzkij ex una et fratres [illegible] ex alia partibus super bonis Dworaki [illegible] sitis et iacentibus eidem per Nobiles Martinum et Mathiam Go[illegible]wskij in summa Triginta florenorum Polonicalium ad annos tres continue et immediate se sequentes modo obligationis inscriptae eorundem [illegible] cum omnibus utilitatibus et attinentiis iuxta tenorem eiusmodi inscriptionis continentis ex libera admissione eiusdem Grodzkij neminem alio tam in bonis quam hic circa Acta impugnante intromisit seu investivit et in possessionem pacificam contulit.

Jablonskich Mutua Emissio.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal[ibus] [illegible] personaliter comparentes Nobilis Samuel filius olim Joannis Jablonskij nomine suo et Nobilis Annae Kuczynska Matris suae a qua de rato et grato cavet ab una et Nob. Albertus olim Alberti Jablonskij nomine suo et Nobilis Helizabeth Jablonska coniugis suae a qua etiam de rato et grato cavet partibus ex alia sani mente et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt et quilibet eorum suo pro interesse recognovit. Quia ipsi sese mutuo et invicem de omnibus Cruentationibus Obductionibus vulnerum et aliis quibusvis causis et actionibus ad quodcunque Judicium et officium Regni [illegible] quamcunque iurisdictionem spectantibus et in quolibet gradu [illegible] dependentibus tum et poenis [illegible] in quantum ex eisdem emerserint ob initam mutuam concordiam et satisfactionem [illegible] emittunt quietant et liberos faciunt Cruentationes Obductiones processus omnes cum totis eorum effectibus [illegible] sibi adhunc [illegible] actum praetensionum relinquendo cassant perpetuis sibi et suis successoribus silentium imponendo.